

662. 1279 d. 2 Mars.

Bisk. HENRIGS i Linköping Gåfvobref på Myckleby församling på Öland till Nydala kloster.

A. 3. x. 1: 50.

Omnibus presentes litteras inspecturis. H. dei gracia lincopensis Episcopus salutem in eo qui est omnium uera salus. Cura &c. *ordagrant lika-lydande med föregående N:o 661, utom: ecclesie de Myklæby iuxta gresgard &c., och vidare ända till slut.*

Sigillen bortfallne.

663. 1279 d. 5 Mars.

Kon. MAGNUS Its Bekräftelse på f. d. Kon. WALDEMARS anslag af Husaby på Wikbolandet till det nya Kanonikatet i Linköping.

B. 3: 128.

Omnibus presentes litteras inspecturis M dei gracia Rex sweorum sal. &c. Continenciam presentis littere memorie & noticie presencium atque futurorum duximus commendandam Nos iure patronatus quod intuitu regalium omnium possessionum quas habemus in parrochia husaby inter wyka optinemus consensisse gratumque habuisse & acceptum quod dicta ecclesia canonie quam dilectus frater noster dominus. W. quando Rex sweorum fuerat de nouo creauit in ecclesia lincopensi & quam tempore presenciarum de iure & facto possidet & tenet Jngimundus Canonicus lincopensis perpetuo annectatur nostrj sigilli munimine presentem litteram roborantes ad fidem indubitatum faciendam super hoc nostro consensu nec non & euidentiam pleniorum Datum anno dominj M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX nono Tercio Non. marcij.

664. 1279 d. 16 Mars.

Bisk. HENRIGS i Linköping öfverlåtelse af Gullatorp och Kusatorp till hustru Hermod.

B. 3: 44.

H. dei gracia lincopensis episcopus omnibus ad quos littere presentes peruenerint salutem &c. Ad noticiam presencium & futurorum harum serie duximus declarandum quod nos omnia bona mobilia & immobilia ad nos & ecclesiam nostram jn gullathorpe & Cusathorpe per manus heredum ingulphi quondam villici nostri iuste empcionis titulo deuoluta. fideli villice nostre hermodi. ad vitam suam assignauimus libere possidenda Et si liberos aliquos post se reliquerit. ipsos eidem succedere uolumus in certa parte bonorum omnium mobilium & immobilium ipsam secundum leges terre in predictis opidis contingente. Si vero marito suo superstite ipsam mori contingat jdem sicut moris est in mobilibus bonis eius in dicta terciana succedat.

Reliqua omnia habita & habenda & quecumque post maritum suum si superstes fuerit ipsam possidere contigerit si decesserit sine liberis ad nos & ecclesiam nostram cum omnibus supradictis ad vitam suam sibi concessis integre reuertantur proinde dicta ermode premissa omnia acceptante sigillum nostrum ac nostri capituli presentibus litteris appendi fecimus in testimonium & robur perpetue firmitatis. Datum apud hesleby anno dominij M°. CCLXX nono XVII kal. Aprilis.

665.

1279 d. 22 Mars.

Höle.

MAGNUS GERASONS Pantebref på Skedvi i Kind till Bisk. ANUND i Strengnäs för låntagna 140 mark Södermanlands mynt.

A. 6. a. 1: 18.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Magnus dictus gerasun. Salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium Tam presentibus quam futuris liquido Dvxj declarandum quod Ego Racione Cujusdam mutuj scilicet Centum quatraginta Marcharum denariorum vsualis Monete svdermannie venerabili patri domino. A. Strengynensi Episcopo curiam Meam In prouincia Kynd dictam Skyedwy continentem. VI. Octonarios terre cum legali solemnitate vulgariter Festis. secundum consuetudinem & leges Osgocie Cum Omnibus attinenciis dicte Curie Mobilibus & Immobilibus cum vno Molendino & duabus coloniis ac duo molendina In thorshargy cum omnibus eis attinentibus cum vulgari sudermannie consuetudine legaliter obligauj. ac adjecta condicione quod fructibus dictorum bonorum qui conseruacionem Ipsius curie & Molendinorum Excrescunt vsque ad festum beatj martini hyemalis Integraliter reseruatis Opcionem habeam absque contradiccione qualibet dicta bona cum fructibus ex Ipsis provenientibus cum dicta summa pecunie vsualis Redimendj. quod si forsitan morte preventus uel aliquo Alio Inpedimento detentus Infra prefixum terminvm silicet festum beatj Martini supradicta bona totali debito soluto redimere non potuero. Ex tunc Omnia Ipsa bona superius nominata iure perpetuo sint Ecclesie Strengyanensi proprietate dominio & possessione Eorundem In Ipsam Ecclesiam secundum Ordinacionem Episcopj ejusdem sedis legitime translatis. Ego enim estimacionem Ipsorum bonorum quantitatem Mutui excedentem ex tunc liberaliter Ipsa Ecclesie confero In meorum remissionem peccatorum Inhibens sub interminacione diuini Iudicii ne quis dictam Ordinacionem infringere audiat seu conetur. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus apposui petens vt sigillum domini mej Regis. M. & venerabilium patrum dominorum vpsalensis. lincopensis & arosiensis episcoporum sigilla pariter apponantur. Datum anno Dominij. M°.CC°.LXXIX°. In crastino beatj benedicti abbatis in fundo Ecclesie høle.

Sigillet bortfallet.